241 [81]

Vidi | Petrus egidius ex delpho hollandie oppido oriundus pro diuo maximiliano Imp. threnodiam seu lamentationem cum aliquot epitaphiis in lucem misit quibus laudes maximiliani breuiter perstringens fatorum simul importunam violentiam deplorat ac eo rem deducit ut tam incommodam rei publice ac toti pene orbi eclipsim numquam fuisse inductam ex virtutis cesaree commemoratione declaret. | [o]

242 [82]

Vidi | Jacobus spieghel germanus In threnodia Petri egidij delphi scolia quedam edidit quibus succinte lucernam olens carmen delucidauit in qua quidem opella curiosi certe circa rem lirariam nomen meruit multo tamen aphori plausu cesaree stirpis dignus eo iudicandus est quod monodias pergque plures trenodie ascripsit ex diuersis auctoribus collectas que alias lucem forte non erant inditure quibus Diui cesaris virtutes latius insculpsit nec id solum vir iustissimi preconij studiosissimus effecit at insuper variis auctoribus encomia maximiliani selecta addidit simul cum oratiuncula germanie ad deum et electores Imp. qua gallorum perfidiam germania pertimescens principes electores sollicitat ne Imperij sceptra gallo dominij impotenti deferantur. | [o]

243 [83]

Vidi | Joannes faber auguste vindelicorum alumnus ac ordinis predicatorum sectator in Austrie oppido vuelsis habitam in funere Diui maximiliani Imp. in maxima nobilium corona ad tumulum fluxa orationem die 26 Januarij anni 19 sup. 1000 ac 500 posteris commune fecit In qua dum laudes Diui cesaris omnifaria sic accumulat ut quicquid eius famam ac perpetuum nomen vel tantillum olet in medium afferat: pene multas simul preclarias ad cristianorum institutionem sententias ingerit quibus mortem expectare simul et vilipendere discant In preconiis autem hoc preter innumera alia cum primis aduertendum testatur natum esse Diuum Maximilianum anno 1459 vixisseque annos 59 mensibus 9 diebus 19 animamque Reddidisse anno 1519 postquam Regnasset annis 33 omnes enim ij numeri in nonenarium terminant quia in se ter ductus ternarium efficit quod omnium perfectissimus Trigenarius id est super tertium numerus regnum Christi in terris significasse videtur quod licet deo Remqueda haud inmerito tamen hec et reliqua sue salutis preclarissima inditia Maximiliano non ut mortuo parentandum sed ut homo congratulandum esse monet Adiecit in calce huius orationis epitaphia cesaris simul et filij philippi in augustana metropoli magnis (ut ait) impensis lapidibus incisa quibus iterum et laudis cesaree studiosum ita curiosum sese communis utilitatis amatorem significauit. | [o]

244 [84]

Vidi | Vuendelinus hoch a brachenau germanie oppido oriundus libellum nuper edidit etate quem Mentagra inscripsit ex tractatis in eo id nominis venatus Docet namque morbi quem nonnulli neapolitanum plures vero gallicum vocant naturam causas atque Remedia hunc dicit alii ΛΙΧΗΝΕ greco vocabulo latino vero mentagram alii id est elephantiasim esse contendunt utrumque tamen de nomine censendum sit alij videant ipse in prefato libello nondum infectis morbo gallico varia prebet antidota quibus se ab ea macula preseruent affectos autem sic docet sanare ut adhibitis quas explicat medellis numquam inquit recidiuent Ad curandas item fistulas Cancrum ac quacumque scabiem et denique ad omnes fere morbos melancholicos vel ab humoribus adustis pendentes profligandos diffuse admodum instruit neque inquit ex animi ductu aut aliorum scriptis que affert dessumpta sunt sed plurima eorum que profert remedia cum Rome tum bononie probata visa et praxi cognita fidem ei facere adiecit preterea huic libello tractatulum quendam de vlceribus curandis in quo licet a medica professione ad cirurgiam diuertit videat vlcerum tamen curandorum modum tam Coniunctum medicine exhibet et digressionem non minus necessariam ac longe vtilissimam dicas ad curandas (si quid ex metaphore cura manserit) Reliquias. | [o]